



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De his, qui frequenter in alienas domos commeant. cap. lxxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A De negotiorum angustia & distractione. CAP. LXXIIII.



MNIS vita impij in cura est. Peccanti dedit distractionē. *Iob. 15. Eccl.*
 Molestiam animi & hallucinationem morte amariores inuenio.

Fili, non in multis sint actiones tuæ. Si eas multiplicaueris, *Eccl.*
 non eris innocēs. Qui operum conductionem persequitur,
 incidet in lites. Cor durum grauabitur laboribus. Vix
 3
 riptetur negotiator à delicto. Qui alienæ liti præest, est tan-
 quam qui tenet caudam canis.

B Inter ea, quæ animum distrahunt, ac mundanis occupationibus distinent, fieri non po- *Basil.*
 test, vt quispiam spem, laborem, rerum diuinarum meditationem atque orationem con-
 sequatur.

Quemadmodum sordidum speculum imaginum species excipere nequit: sic nec anima *Epist. 1. simile.*
 huiusce vitæ curis affixa, ac vitii ex carnis affectu manantibus obscurata, diuinas illu-
 minationes suscipere non potest.

Vt oculus, qui continuo circumagitur, ac nunc quidem in obliqua fertur, nunc autem *simile.*
 sursum deorsumque identidem conuertitur, id quod sibi propositum est, perspicue cernere
 nequit, verum ipsius aciem in id quod cernit, defixam esse oportet, siquidem id euidenter
 C conspecturus est: sic etiam fieri non potest, vt mens humana, innumeris mundi di-
 stracta, veritatem liquido prospiciat.

Nautæ & gubernatores nihil non agunt, vt mare traiciant, atque ad portam perue- *Chryf. Dissimile.*
 niant. Nos contra id obnixo studio contendimus, vt in negotiorum huiusce vitæ fluctibus
 ac tempestate iactemur: quippe qui in foro ac tribunalibus perpetuo versemur.

In perturbatam & sollicitam mentem, nec proba vlla cogitatio, nec Dei gratia subit. *Theotimi.*

Perfecta anima est solitudine vacare: impia autem, curis confici. Etenim de perfecta *Cant. 2.*
 anima dictum est, quod lilium sit in medio spinarum. Hoc autem animi securitatem trā-
 quillitatemque significat. Nam etiam in Euangelio lilium animam à curis liberam desi-
 gnat. Non laborant, inquit, neque nent: & tamen maiore, quam Salomon, gloria conuicta *Mat. 6.*

D sunt. De ijs autem qui corporeis rebus multum curæ impendunt, ait Scriptura, Omnis im- *Iob. 15.*
 pijs vita in cura est. Si quidem impium profectò est totam vitam in corporeis curis consu-
 mere, nec de futuris studij quicquam præ se ferre.

Qui in croceis nutriebantur, amplexantur stercora, inquit in Lamentationibus Hie- *Thren. 4.*
 remias. Etenim cum in præclaris atque ardentibus cogitationibus requiescimus, in
 croceis educamur. At cum in terrenis negotijs volutamur, tum demum stercoreibus ve-
 stimur.

Qui quaternis pedibus ingreditur, prorsus impurus est. Quaternis autem ingreditur,
 qui in sensilibus negotijs fiduciam ponit, atque in eorum occupatione principem animæ par-
 tem inuoluit.

E Quemadmodum qui vinculis astricti sunt, egrè incedunt: sic qui huic vitæ impliciti *simple.*
 tenentur, virtutis curriculum purè ac plenè perficere nequeunt.

De his qui frequenter in alienas domos commeant. CAP. LXXV.



OLIVM pertusum aliena domus.
 Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à *Eccl. 10.*
 persona potentis.

De consilio, & admonitione bona. CAP. LXXVI.



VI me audierit, absque terrore requiescet: & abundantia perfruetur, ti- *Pro. 1.*
 more malorum sublato. Fili, ne obliuiscaris legis meæ: & præcepta mea *3.*